

6468 M'. Megonio M'. f. | M'. n. M'. pron. Cor. | Leoni | aed., IIIvir. leg. Cor.¹, | q. p. p.², patrono mu[n]icipii, IIIvir. q. q., | decuriones, Augustales populusque | ex aere conlat. | ob merita eius.³ (*In latere*)

Kaput ex testamento. Rei p. municipum meorum, si mihi statua pedestris, | in foro superiore, solea lapidea, basi marmorea, ad exemplum basis | quam mihi Augustales⁴ posuerunt prope eam quam mihi municipes | (5) posuerunt⁵, posita fuerit, HS C m. n.⁶, quae eis me vivo pollitus sum, dari volo. | Ea autem condicione HS C m. n.⁶ q. s. s. s.⁷ dari volo ut ex usuris semissibus | eius pecuniae omnibus annis die natalis mei, qui est X kal. April., | distributio fiat decurionibus epulantibus X CCC, deducto ex his⁸ | sumptu strationis; reliqui inter eos qui praesentes ea hora erunt | (10) dividantur. Item Augustalibus eadem condicione X CL dari volo | et municipibus Petelinis utriusque sexus ex more loci X I om[n]ibus annis dari volo, item in cena parentalicia X L et hoc | amplius sumptum hostiae, prout locatio publica⁹ fuerit, dari volo. |

A vobis, optimi municipes, peto et rogo per salutem sacratissimi principis | (15) Antonini Augusti Pii liberorumque eius, hanc voluntatem meam et dis|positionem ratam perpetuamque habeatis, totumque hoc caput tes|tamenti mei basi statuae pedestris, quam supra a vos (*sic*) peti, ut mihi po[n]atis, inscribendum curetis, quo notius posteris quoque nostris | esse possit vel eis quoque, qui municipi erga patriam suam erint, ad|(20) moniat.

Strongoli, ubi fuit Petelia Bruttiorum, rep. a. 1892 (Barnabei Notizie degli scavi 1894 p. 20. 21). — 1) Quattuorviro lege Cornelia. Leo haec, similiter ut Petronia (N. 6359), videtur pertinuisse ad res municipales ordinandas. — 2) Quaestori pecuniae publicae. — 3) Titulus plane gemellus est X 113. — 4) Fortasse significatur statua ad quam pertinuit N. 6469. — 5) Significari statuam ad quam pertinuit X 113, eamque fuisse equestrem, non pedestrem, coniecit Barnabei l. c. p. 26. — 6) Sesterium centum milium nummum. Etiam ob memoriam colendam tam matris quam uxor is idem Leo rei publicae intulerat centena milia (N. 6470. 6471). — 7) Quae supra scripta sunt. — 8) Cf. N. 6087 cap. LXIX.

6469 M'. Megonio¹ M'. f. | Cor. Leoni | aed., IIIvir. leg. Cor.², | quaest. pec. p., | patrono municipi, | Augustales³ patrono | ob merita eius. | L. d. d. d. (*In latere*) Kaput ex testamento. | Hoc amplius rei p. Petelinorum dari volo | HS X n., item vineam Caedicianam cum | partem (*sic*) fundi Pompeiani ita uti optima maxi|- (5) maq. sunt finibus suis qua mea fuerunt. Volo au[tem] ex usuris semissibus HS X n. comparari⁴ Augus[t]alium loci n. ad instrumentum tricliniorum du[um], quod eis me vibo tradidi, candelabra et lucerna[s] | bilychnes arbitrio Augustalium, quo facilius strati[o]-|(10) nibus publicis obire possint. Quod ipsum ad utilitate[m] | rei p. n. pertinere existimavi, facilius subituris onus Augu[s]t]alitatis⁵, dum hoc commodum ante oculos habent. | Ceterum autem temporum usura se misse⁶ HS X n. ad instr[u]mentum Augustalium arbitrio ipsorum esse